



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

69. An tempore pestis possit Episcopus dispensare, ut in sua civitate  
comedantur carnes in Quadragesima? Et an cum omnibus in domo  
reclusis, propter suspicionem pestis possit Episcopus dispensare in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

# De Ieiunio. Res. LXIX.

237

ris acceleratur, hoc est per accidens, & non obligat illam ad leges humanas obseruandas, ac propterea non tencetur confitei semel in anno, nec a carnis & lacticinis abstinere in diebus ieiunij, nec alia praecpta Ecclesie seruare: Quodnam autem sit huiusmodi tempus non eodem modo explicant omnes. Qui-dam dicunt esse annum qui immediatè post septen-nium sequitur, nempe annum octauum; in illo enim communiter solet lumen rationis oriiri. Alij maiorem etiam, & plures annos assignant; nam ut ait Sanctus Antonius ubi supra, vt in pluribus in octauo anno primum nondum habet vultum rationis. Sed hoc contin-gere dicit secundum opinionem quorundam. In mas-cula quando habe decem annos & dimidium, & aliquan-tum ultra, & in feminis quando habe nosem annos & dimidium, & aliquantulum ultra. Vnde tunc & non ante Ecclesie legibus tenebuntur. Magister Soto verò ad hoc adiut atatem maiorem requirit, nempe annum duodecimum. In 4. enim disp. 12. q. 1. art. 11. ad finem corporis loquens de precepto Ecclesiastico sumendi Eu-clisticam ait: Pueri non obligantur usque ad duode-cimum annum quando alii tenebuntur Ecclesie legibus, idem dicit disp. 8. q. 1. art. 3. ad finem corporis. Loquens de precepto Ecclesiastico Confessionis Sacramentalis, Ex quo sequitur puerus ante hanc atatem etiam si-vim rationis habeant, non peccare carnes aut laeti-cinia in diebus prohibitis comedentes: quod expresse dicit multi recentiores. Hucvsque Serra.

6. Sed eius sententiam libenter admitto, quod pueri ante septennium etiam si vultus rationis acceleratur, non tenebuntur ad praecptum abstinendi a carnis, sed ab ipso Serra recedo, dum cum Soto assertit hoc etiam procedere ante annum duodecimum, itave possint concedere carnes, cum pueri ante illud tempus non tenebuntur ad praecpta Ecclesie; sed hanc opinio-nem esse improbatissime optime notavit contra Eman-uellum Sa, Peter Henricus Busenbaum in *Medalla Teolog. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 3. dub. 2. num. 2.* Vnde Reverendissimus Magister Sacri Palatii opinionem Emanuelis Sa in editione Romana correxit, & ad alium sensum reduxit. Et sic communiter contra Ser-vantem Doctores,

7. Dico igitur non esse admittendum id quod habet S. Antonius, part. 2. tit. 9. cap. 8. §. 2. Corduben, in sam. q. 1. o. Victoria relect. 2. de venientibus ad vsum rationis, n. 11. & apud Salas de legibus disput. 14. sect. 13. n. 126. pueros non teneri ad confitendum semel in anno, nisi sint proximi pubertati, id est anno decimo cum dimidio, si sint matres; & anno nono cum dimidio, si sine feminis: quia vultus rationis qui sufficit ad peccatum mortale, communiter non habetur nisi ad annos proximos pubertati, qui sunt in masculis annus decimus, cum dimidio; & in feminis annus nonus cum dimidio. Contra enim est: quia id est falsum si lo-quuntur in ordine ad forum conscientiae, & Dei, non autem solum ad forum exterius, in quo communiter non prefunditur quis esse dolii capax secundum iura, nisi sit proximus pubertati.

8. Et idem est etiam de eo, quod habet Sotus in 4. disp. 11. q. 1. art. 11. & distinct. 18. quest. 1. art. 3. & lib. de iustitia quest. 3. art. 2. & Henriquez lib. 8. de Eucharistia cap. 42. num. 2. eos non teneri ad candem annuum confessionem vltore ad annum duodecimum: Er quod habet Emanuel Sa, eos non teneri usque ad annos pubertatis: quod idem vniuersaliter de omnibus legibus Ecclesiasticis, quod non obligent usque ad annos proximos pubertati, docet S: Antonius, 1. 2. tit. 9. cap. 8. §. 2. citat. & vltore ad annos ipsos pu-beratis docent aliqui apud Salas disput. 14. sect. 13. n. 127. Contra enim est: quia si sunt capaces peccati, sunt etiam capaces remedij contra peccatum quod est confessio; neque villa est ratio, quare ad il-

lam non tenebuntur, etiam lege Ecclesiastica, cum præ-sertim verba ipsa talis legis clare exprimant quod omnes tenentur postquam peruenient ad annos discre-tionis; & ed ipso, quod conceduntur etiam ante annos pubertatis, vel proximos pubertatis, esse capaces peccati, coniunctur etiam esse capaces legis, & ob-ligationis, ut diximus; & si sunt capaces obligationis per leges Diuinæ, & naturales, nulla est ratio, quare etiam non sunt capaces obligationis per leges Ecclesiasticas, & humanas; quidquid sit de præsumptionibus pro foro externo, ut diximus.

9. Et similiter non videtur admittendum id, quod habet Henriquez lib. 13. cap. 49. num. 2. quod post vsum rationis ad aliquod tempus possint pueris tradi laeticinia in diebus prohibitis, & quod ita haberet consuetudo, ut etiam tradit Ledesima 2. parte 4. quest. 17. art. 6. dub. secundo in fine, & aliqui alii: octoctores apud Bonacinan disputat prima de legibus question. 1. punct. 6. num. 8. quam consuetudinem etiam Bonacina ait non esse reprobadam, vbi est legitimè recepta: contra enim est, quia est communis sententia aliorum, & communis vultus Ecclesie; & quia nulla est ratio, quare debeant censeri esse soluti specialiter ab hac lege comedendi laeticinia, & ea quæ habent originem a carnis, si non sunt soluti à lege comedendi carnes, & vniuersali-ter non sunt soluti a legibus Ecclesiasticis.

10. Neque consuetudo, quæ in contrarium adducitur, est facile admittenda, nisi pro aliquo loco suffi-cienter probetur. Et hæc omnia docet Baldellus *tomo primo, libro quinto, disput. 30. numero nono cum sequenti.* Merolla *tomo 1. disp. 4. cap. 3. dub. 38. n. 438. & 448. cum sequenti;* Escobar *vbi supra n. 33.* Castrus *Palaus tomo primo, tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. secundo n. 5.* qui citat Sanchez, Salas, Azorium, & alios.

11. Itaque pace viri docti Magistri Serra non est admittenda cius opinio, & præsertim quod ante annum duodecimum possit pueris ministrari claus carnis, hoc enim est contra communem vultum Ecclesie, & Populi Christiani, nemo enim audet in tali ætate pue-bris ministrare carnes.

12. Sed quid dicendum si puer, cui ante septen-nium acceleratus est vultus rationis, an si occidat ali- quem incurrit in irregularitatem? mihi placet opinio negativa aliquorum de quibus Magister Serra *vbi supra*, sic ait: Eximunt tamen nonnulli infantes ante septennium habentes plenum vultum rationis, ab ir-regularitate si occidant; nam cum infans generaliter ab illa excipiatur in *Clement. si furiosus*, & hoc sit bene-ficium legis, amplè est intelligendum de quoquaque infante, etiam si plenum rationis vultum habeat. Et quidem aliqui absolute docent pueros impuberis non incurrire irregularitatem. Vide Castrum Palaum *vbi supra*, n. 9. & me ipsum alibi.

*Alibi in t. 5.  
tract. 1. ex  
Ref. 108. §.  
Ex quibus?*

## RESOL. LXIX.

An tempore pestis possit Episcopus dispensare, ut in sua ciuitate comedantur carnes in Quadragesima? Et an cum omnibus in domo reclisis propter suspicionem pestis possit Episcopus dispensare in auditione Missa tempore pestis, vel quid est faciendum? Et notatur, quod dispensatio in Ieiunio, facta ab Episcopo, vel alio Prelato inferiori Papa sine insta causa, non solum est illicita, sed invalida, ideo peccat mortaliter Episcopus, aut Prelanus ex defectu potestatis dis-pensanda. Et queritur, an Episcopus possit abrogare legem localem ieiunij latam in Concilio Provinciali? Et an saltē possit in eam dispensare? Et an possit Episcopus abrogare legem ieiunij latam in Synoda Diocesana, & a fortiori cum aliquibus dis-pensare

## Tractatus Sextus

238

*pensare etiam valide, non autem licite, quanvis id faciat sine causa?* Ex p. 10. tract. 14. & M. sc. 4. Ref. 3. alias 3.

**S. I.** *A*firmatiue respondet Venetus in Exam. Episcoporum, lib. 4. cap. 46. n. 53. & Flomobonus de bonis in Consult. select. Casum Conscientie, vol. 1. part. 2. Ref. 57. vbi firmat Episcopum cum confilio sui Capituli, & aliquorum Theologorum, Canonistarum, & Medicorum, posse dispensare, vt homines tempore pestis, carnes comedere possint ad præseruationem tanti morbi, quia omnia, quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præseruandum ab ea, maximè quod cibi quadragesimales tunc temporis hominibus noxijs esse possunt, & è contra carnes magis sunt utiles, vt humores facile ad recipiendum morbum non disponantur. Quod sane fecisse Archiepiscopum Panormitanum, grafsante in ea vrbe terima pestis lue, testatur Acta Panormitana. Ita ille.

**S. II.** Sed ego magis adhæro negatiue sententiae, quam tuctur Marchinus de Bello diuino, seu de Pestilenzia, part. 6. cap. 2. m.m., & omnino videndus Magister Ioannes Paulus Nazarius Dominicanus, tom. 8. opusc. 3. casu fol. 19. qui a fundamencis, & Theologice hanc questionem pertractat; & responderet ad argumenta in contr. x. um adducta ab Episcopo Veneto ibi supra, qui sic arguentabantur. Omnia quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præparationem, seu præseruationem à peste: ergo. Respondeo antecedens verum esse, quando causa dispensationis est circa, aut casus est repentinus, nec patitur moram, vt non appareat, an si Superior præfens est, dispensationem concederet toti Ciuitati, vt est in casu nostro, qui etiam patitur moram. Secundo arguit: quia cibi quadragesimales sunt nocui hominibus, & carnes sunt magis utiles, vt humores de facilis non disponantur ad recipiendum morbum: Ergo Respondeo, nullam esse consequiam: quia sola illa cause quæ ponuntur in antecedente, non sufficiunt ad iustum, & legitimam dispensationem, sed requiri non etiam conditione, explicata. Tertiò arguit, quia licite potest Episcopus dispensare in præcepto audiendi Missam in his qua trahinta diebus, in quibus homines in suis domibus sunt reclusi propter suspicionem pestis, vt post omnino extinguitur: ergo multo magis poterit in carnibus dispensare, cùm sit medium necessarium ad conservandam sanitatem. Respondeo primò, Episcopum non posse licite cum omnibus reclusis dispensare à præcepto audiendi Missam, sed debet prouidere, vt in via, seu platea republica, ad quam respiquant fenestra, & offia domorum, erigantur Altae, in quibus Missæ celebrantur, & audiantur reclusis, vt pie ac sancte f. Etum est in Bononiensi Ciuitate, Florentia, & alibi. Quarò arguit quoniam illustrissimus Archiepiscopus Pancermianus grafsante peste in Ciuitate Pancermi, per Edictum publicum dispensauit, vt omnes in quadragesima illius anni concederent carnes, & plurimum profuit; & hoc docet Nauarrus in consilio, de obseruatione ieiunij, posse fieri non solum tempore pestis, sed etiam in tempore ex: max nec sitatis ciborum, & in aliis occurrentiis, & occasionibus, vt f. bris curetur, aut impediatur. Respondeo & dico, fortasse id factum fuisse consulto summo Pontifice. Deinde dico Sicutos habere privilegium Bulla Crucifera, & ideò cum minori admiratio ne, & sine tanto scandalo potuit illis ea dispensatio concedi cum præsertim tribus annis lues in ea Ciuitate durauerit. Postremum dico Nauarrum, nec in finali consilio de obseruatione ieiunij, nec in aliis præcedentibus sub eo titulo dictam opinionem significare. Et hæc omnia doceat Nazarius loco citato, qui

Sup. hoc  
malius ma-  
gis latè, &  
clarè sup. in  
tr. 2. Ref. 22.  
§. I.

alias rationes pro hac firmando sententia addicunt. Nec etiam deseras recognoscere Marchinum loco citato, qui tamen, num. 6. concedit quod in locis ab urbe valde remotis, vel vbi periculum sit in mora, vel ex generali consuetudine, licet Episcopo vniuersos ciues ab abstinentia quadragesimale ex causa petit solvere.

**S. III.** Nota etiam hic obiter, quod dispensatio in ieiunio facta ab Episcopo sine iusta causa, non solum est illicita, sed iniuriosa: vnde si Episcopus, vel alius Praelatus inferior Papa, aliquem à lege ieiunij eximere sine causa, non solum peccet mortaliter, sed etiam ipsa exemptio, aut dispensatio si irrita, & iniuriosa ex defectu potestatis. Quia ea, quæ sunt iuri communis non possunt Episcopi dispensari sine iusta causa; quia excedenter facultatem sibi commisram. Non enim data est illis à Papa, nisi sub conditione causa iusta, & sufficiente.

**S. IV.** Quaro etiam hic obiter primò, an Episcopus possit abrogare legem localem ieiunij, latam à Concilio Prouinciali: Respondeo, non posse illam derogare, licet possit in ea dispansare, sicut potest in legi ieiunij lata à iure communis. Ratio est, quia inferior non potest abrogare legem superioris: sed sic est, quod Concilium Prouinciale, est super Episcopum, cum illius iurisdictione extendatur per totam Prouinciam, & etiam super quilibet seorsim ex illius Episcopis ergo.

**S. V.** Quaro secundò, an saltem possit Episcopus abrogare legem ieiunij, latam à Synodo Diccelana: Respondeo posse, quia lex Diccelana Synodi solum habet vim & vigorum ab Episcopo: ergo ab ipsorum potest abrogari. Et à fortiori, in ea cum aliquibus dispensare etiam validè (non autem licite) quanvis id faciat sine causa; vt ex supra habitis consuat. Ita Doctores, quos citat, & sequitur Leandrus de Praep. Ecclesiæ, tract. 5. disp. 10. qu. si. 7. 8. & 9.

### R E S O L . LXXX.

*An qui cum privilegio, vel licentia Medici potest diebus ieiuniorum comedere ova, & laticina, post comedere sanguinem, & quod vulgo dicitur sanguazzii; seu Vitoldo, Hispano mondongi;*  
*Et an qui habet privilegium comedendi ova, & laticina in Quadragesima, possit comedere sagimen?*  
*Et an qui vult per qualibet die non comedere carnes, ova, toriles, peccet, quories comedit?*  
*Et an excusentur à ieiunio rexores vitæ serice, & formæ etiam confitentes calceos ex materia molli;*  
*Et an defecua vini nullo modo excusat à ieiunio, sentibus causam sufficientem faciendo plures contentionis?*  
*Idem est de cerevisia, aut aliqua alia potionem communis loco vini.*  
*Et an quando Regula Religionis præcipit aliquod ieiunium, iuuenes Religiosi ante asatum 21. anni completi sint adstricti, & obligari ieiunare?*  
*Et tandem docetur Pontificem dispensando cum aliqua in ieiunio absque causa non peccare, neque venialiter. Ex p. 10. tr. 16. & Msc. 6. Ref. 77.*

**S. VI.** Ex Doctoribus neotericis inuenio affirmatio-  
nem sententiam docere ex Religione S. Fran-  
cisci de Paula Stephanum Isardum Galum in consilio  
impresso post suum Codicem Minimam, cons. 10. fd. 71.  
vbi sic ait: Tertio dico, illum qui potest de consilio  
Medici oua manducare, vesti posse calce, lacte, bur-  
go, & sanguine, non autem carne. Ita ille. Et hanc  
sententiam ex veteribus clarè tenet Holtiensis in sum-  
ma Obseruat. ieiuniorum, §. quando, num. 8. per hac re-  
bus: Hoç etiam scias, quod cuicunque conceudit vnu-  
erorum,